BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE

Hilarion. Vincentio; fr, frī .S.

S. D.

Serius atq; debuerā tuis lris; vincetī, respondeo; sed quia nō mea culpa, sed honestiss^a causis id contigit; facile te hoc mihi ignoscturū confido. Gratum igr tibi reditum meū fuisse, gaudeo plane. Adest. n. hoc qcqd Hilarionis est. atq; eō libentius adest quòd hoc meo reditu graui te egritudine mestitiaq;, quā, cum abessem, capiebas: intelligo liberatū. Agnosco istum animū tuū ita candidū: pectus nero istud mi fr usqueadeo genuini erga me amoris plenissimū totis ulnis amplector. quo nomine, cum tibi quidem tum nerō cumprimis dei benignitati ingentes grās et ago et habeo, qui te mecū huiusce rarę charitatis et amicitię nexu connunxit. Cęterum dum eas quas in me congeris laudes considero; ut te quidem sincero animo dixisse credo, ita me ab his tam procul esse sentio, quam longe a tenebris purissimi solis radij distant. Quanto his dignior laudib^o, et ornamētis alius. imō quato uerius ac iustius vincenti amabiliss^e ea oia quę de me sc3 ampliss^e scripsisti, tibi optime adesse prędicari possem. Neq. n. in hoc mihi magno negocio foris argumēta petenda essent, qui domi eadem habeo quibuscum istuc abunde, demōstratem. sed ne in assectat^s suspicionē ueniam, quia in re manifesta confirmatione non opus est, hic me cohibebo; id tantum dicens; tam me abste et bonar^m artiū eruditione, et optimor^m morū locuplet^a supellectile uinci; quam a me ferus quispiā et barbar^s; aut de triuio aliquis nullis studijs excultus homo superari fortasse uideatur. Nec uerbū addam, modo hoc etiam tantisper dicā, incredibiles uirtutes, et dei munera in te collata ea esse, quę dicendo exprimer nequequa affectauerim. Quamobrē quęcumq; mei desiderium interim utercq; ab altero diuulsi essemus, tibi contigisse affirmas; fortasse non mentiar, si ea oia perinde mentem meā tū de te cogitando obsedisse dicam. sed quando quę facta sunt ut infecta sint, fieri non potest, mitter hasce querimonias prestat. Quid uero posthac obsecro? uehementer tu quidē, et amater (ut credo) etiam contendis a me, ut diu inter nos simul uiuam: quasi uero etiamsi per prem nrum opt. hoc me tibi concedere liceat, tute idem prestare, et uelis, et possis. Sedenim de uoluntate, non ambigam quidē illam uerbis consentire: quod aut preterea possis ualde certe pendeo animi. Haud. n. sum nescius quanta importunitate florentini illi tui hinc a nobis te abstrahere studeant, quicqd ad hoc faciat artificiose comminiscentes; quibus alioqui tu audaci^o obsistere inhumanus (ne impiū dicam) tibi fortasse uideare. Ex quo fit ut hoc a te efflagitare possim et debeam, uehementius, ut inauditis ijs, nobis quoad bene uiuatur deo possumus uiuam? et optimar^m uirtutū ante oia habita ratione, eam inter nos, legendo, cōmentando deq; diuinis et nris rebus disserendo, exerceamus nitor ut uni autori atq; asserto nro placeā, et quam

2

fieri pót cómode approbari poßimus. quod quidé ad me attinet, huc quam potero conferre operá curabo, studebo, ut ingentem qué de tua consuetudine vinceli fr fructú, mea etiamdú oscitantia amissi, diligentia & sollicitudine conduplicem, nisi tu tamé derelinquer nos prorsus constitueris. quod ut ne facias, quamq tibi libere consulere nó audeo, ut hoc tn aliquisper in aurem instillem admonet illa Cthr. snia dicentis: quid prodest homini si totú mundum lucretur; animę uerò suę iactura faciat? Huc aút accedér uidentur uniuersa illa absté copiosé simul & eruditè conscripta de uero bois studio, & beata nrarum ipsor felicitatè, ad quá parandá, uires nrę & conatus, diuinis auspicijs, referendi & adsibendi sunt. quib de rebus tua ois óro tamq à nestoreo ore missi melle dulcior fluxisse illa musa est. ita uerò iucunda & sententiarú grauitate referta. ut nihil pręterea desiderare poßim. atq ita pulcherrima quidem uerba, rebus dignißimis respondent, intantum ut cú utrumq perse sáneq sit admirabile, utrum tn (si alterú alteri conferas) sit admirabili difficillime anterroscí queat nisi uerò qui flores & folia negligimus, res uerbis facile antepoßuerimus. & quidem libentiss in tuam mi fr manib ac pedib sententia discedo: beatos illos nó modo uideri, sed etiam (quantú in hac útę umbra datur) esse; qui abiectis óib, quę blandule mundus bona é pollicerí potest, in sinú sese diuinę sapientię recipiut: in eiusq contemplatione ut in portu tranquillissº se abdut & conquiescunt: miseros aút qui hoc optimé fido receßu neglecto in uastum desideror suor mar idemq procelloßißm iactati illud frustra transmittere conantur. semper n uolentiss his flatib, quos ab uiscerib matris nobiscú in hanc lucem extulimus, dum se nó inuiti diuexari patiuntur, nihil est quod se ab hac inclemeti tepestate emergere speret. At quib molestissimis morbis etsi (quod ita natura usu ueniat) beatí quos diximus attinguntur; non ita tamen multo negocio repelli datur, dú ijs in portu naugare licet, atq adeo ipßius beatiss ueritatis manu, ueluti sacra ancora innixi in cuius placendi studio illi toti insistunt, quamlibet graviß macßinis quatiatur, feriuntur illęsi: At horum aút albo, ut nondú me esse dicer poßum (probè n indignitatis meę sum conscius) ita tamé optima spe sum fore olim, ut in ipsor beatiss numero relatú me uidero. Istuc aút non misi sperandú uideretur, si eó dignitatis peruentur. me meis uiribus confoderem. quidnam rogo hoc tam imbecilla mortalium natura promoueat? Sed euz hoc sperari non poßum, adeoq cur mihi facere & oium nram partes haud sint, non uideo, qn ille bonor omnium fons, qui istam adeó liberaliter felicitatè sponteq nobis polliceretur, deus, ipse nos inuitat; suapteq bonitate nunq quemq excluturus ab ea est, nisi qui insan tantum bonú fastidierit. vt interim non dicam hoc uno nomine ab illa nos optima atq omnipotenti sapientia creatos & factos esse, ut ad suam ipsi comprehensionem quę reuera beata uita est, pertingeremus. Quid porro de te dulciss frater dixero? An tu eó me ista nescientia provocares, istone orcus impetu concuteres, tametsi haud inuitú me & cunctabundum experiere, nisi eius sanctiss amoris radijs ferreris incensus?

Bene habet. habe igr ut lubet hilarione. numq; n· cómittú ut grandiú q quoties integrú fuerit, te in hoc stadio nobiliss° non sequar: q quia huic prestabiliss° negocio (et tuis suffragiis) maximo adumeto est sanctar scripturar diligentiss^a indagatio; hunc post te uinceli (tecú n· dicer^ non ausim) egregiú pro uirili cursum curram. quid hinc nos prohibeat? aut quid impedimento nobis esse possit, quor tam in hoc consentiens animus, ut nihil tu hac exercitatione beatius, q iucundius; ego uero nihil felicius, q dulcius ducamus? Addit etiá ad hanc prouinciam capescendam nó contemnendos stimulos, eximiú, q pie fr commemoras, á deo nobis nostriq; similib^ speciatim concessú beneficiú; quo separati á mundi turbulentijs q procellis in hoc utę instituto non secus ac requietis secessu amplissimi habemus copiam in hoc studiú strenuá operam conferendi. Essi n· quisquis ·Cthr· nomen dedit, huic exercitationi insister debet, excusari tú utcunq; solet, si necessarijs huiusce utę molestijs districtus, non ita continens in id studiú contulerit. Sed qui hoc unú, tanta dei liberalitate, cui quidem satis respondere possum, nunq; ; qui uero inquá hoc unú professi sumus, ut per huiusmodi utę exercitatione subinde purioremanimú ad diuinar rer contemplatione reddamus; grauissimum profecto facinus facturi sumus; sid id quo nihil absoluti, nil facili q cómodius ut ad eam puritatę perueniam neglexerim. Nulla siquidem res magis ad detergendas animi sordes efficax (ut scis) diuino uerbo. Nulla breuior mia, nulla expeditior, nulla etiá gratiosior ad ueram sapietiam quam sacror voluminú diligens studium, q curiosa quadam semper cum modestia coniunctum. At hęc dum cómemoras vincenti mea somnia appellas. sed hoc pro tua humanitate facis. Atqui utinam hic etiam dormiens uersari contingeret. tantú· n· abest ut illa isthęc mea sint somnia, ut preclarissime mecú actum putare, si huic me studio prorsus immori optimus ille parens deus concederet. Eat mihi humana quecunq; adinuentio q doctrina. faceßant procul totus mundane cómenta philosophię. quę quid rogo aliud unq; atq; dißidior q ignorantię ingentem syluam cultorib^ usq; suis suffecêre? ut ne dicam nihil exitabilius nte Christiane ·resp· fuße illis, quę in ipsam continue grauissima detrimenta importarunte quod quidem nó ita multo sudor demonstrar, q audacius quam tu fr propane istius philosophię dignitate eleuar in promptu esset, nisi ab instituto hoc uideretur alienum Sed alius de ea disserendi opportunior locus erit. Itaq; quod dicer cęperá gr ab hoc diuino plane studio remorari nihil potest, quod tam uehemeter cupimus iam te internos fiat. Aderit n· certo scio benignis^s ille sps. qui nó solum nó aspernatur conatus nros uerú etiam adiuuat illos, quodetq; promoner, quod ipse (quę eius est eximia bonitas) instillarit. quidni amet industriam nrám numen illud liberaliss^m, cùm tantú oscitantiam q torporé detestetur? Aliogui donú intelligentie prestitißet frustra, si iacer illud atq; cessare uoluißet. Cęterum amabo te mi fr, quid, q sic te deiicis me extollens? Sursum flumina quidem certe. ac Sus Mineruam uero. q addis me in morem Socratis

dissimulari sapientiã, doctrinęq; ostentationẽ studio fugere. Nam quid de philosopho illo sentiendũ sit, tute uideris. Ego uero (de me ut loquar) libere ac citra fucum profiteor nullis me bonis disciplinis eruditum; scripturarũ sanctarũ intelligentia ita tenui, ut miser te nedum ea de me scripsisse, sed uel eorundem in mentem tibi uenire potuisse. Legi quidem (fateor) multũ & multa ut mihi uidetur pro tempore. sed nescio qua uecordia mea nõ ita sane profecisse potui. Nam preter ingenij infelicitatem, qđ de fluxa & minime tenaci memoria dicam? in dolium pertusum (ut aiunt) etiam si quid audiui, quamq; id parce, si qd tũ audiui propè incidit. Nec mihi hoc dicitur ut factore meũ benignissimũ accusem. Absit tanta insania. Sed ut scias quam non ficte me hesternum & discum mutumq; propemodũ interim tibi offenderis, atq; expertus sis. Non solum enim mecũ male actum puto, quòd singulari bonorũ dei donis caream, uerum mihi hinc etiam materia suppeditari uidetur ipsum deum laudandi, eiq; gratias agendi, quem si illa in me collocasset, ijs identidem abutens fortassis ingratus offenderem. Itaq; ut ad te redeam tua pio me iustius uerba usurpauero. Nam licet desint quecunq; falso adscribis, adest tamen discendi cupidus animus qui si in quarumcunq; bonarum artium disciplina proficere cupit, (quamuis ut uere dicam illum in ceteris nõ inuitus patiar refrigescere) in nullam tamen, quam in sacrarum literarum studium ardentius fertur. para te igr mihi, & si non me nelis, ut superiora admoneri, nec uti magri doceri, ut libet atq; tuo arbitratu utãre me impensissime oro & obsecro. Abste·n· reuera me clarius amari intelligam, si quòd maxime debes in quo me indigere nõ ignoro, quo nos oia pulcherrime inuicem tua charitate summaq; in me benenolentia, cura studio diligentia deesse noueris. Atq; partim ut hoc ueluti calcar te pressius stimulem, partim ut tibi perhumaniter roganti frui morem geram quod ex me quęsisti, eius tibi ut potero sententiam meã exprimere interim nõ grauabor. Malo·n· prudentiam meã & eruditionem in me, quam amore desideres. Namq; ut hac in dubitatione facturus tibi sim satis, non sperauerim, qui multorum multis sup hoc cõmentatorib' nihil dum asseueris. Quod igr queris quid nam spectarit in promissionib' suis ad Iudeos deus, sic habeto. credideri terram illam chanaan, & quę a fluuio egypti, usq; ad fluuiũ magnũ Eufratẽ, & populos preterea quos scriptura loquitur; possidendam reuera deum promisisse Iudaico populo. Atq; hoc gradatim cuiq; concessero ea cũa non nisi ad allegoriam intelligenda esse. Nam preter alios ille dente locus c. 34. ut & hęc (nisi fallor) promissiones ad literam (q dicunt) intelligi debeãt, mihi facere uidetur. Nam cum ascendisset iamiam moriturus Moses super montẽ Nebõ: eiq; dns urbes atq; prouincias quę ibidem commemorantur ostendisset; uide quid addat: Hęc est terra (inquit dns) pro qua iurani Abrahã Isaac, & Iacob, dicens; semini tuo dabo eam. Quisnam mihi extorqueat non ista ut sonãt accipienda esse, sed ad anagogen oportere referri? quasi uero in spiritu fierent, non item sensib' attingerentur a Moyse? Sed uidebit

quisquis uolet, idq; ut libet interpretari pergat: sane quidē quę preterea eidē loco uerba
consequuntur, illud mihi haud uidentur permittere: vidisti (inquit) eam oculis tuis. Quod si
etiam hoc ad animi usum referri uelit, et cęlestem illū ac beatum terrę tractum, quem
adepturi ctfr. filij expectant, Moysem tum conspexisse contendat, paucula quę sequūtur
uerba haudquaq; ei istud concesserint: et non transibis ad illam. Aut igr (ut concludā)
in spualem cęli Chanaan, quo certa ratāq; sint diuina uerba, Moses ille Sanctiss⁹
nō transiit: aut, si hoc perabsurdum uidebitur, regionē illam Chananęor⁹, nrę huic, quā
calcam' et terim' genet cognatā; populo Israelitico promissam fuisse necesse est (quātū
sane uideo) intelligi. At enim indigna hāc tibi diuina beneficētiā promissionē ais.
Sed nō ita indigna (ut arbitror) uidebitur, atq; adeo fortassis equa et congrua ualōe, si
pressius animaduertes. Mitto in pntia recondita dei consilia, deliberationesq; in mediū
afferri; quę ut intelligi ac nestigari, ita ne reprehendi quidē nemo quisq; ungua iure
ualeat: vera liberalitas est, quę semper est cum prudētia coniuncta. adeo, ut qui
temere ac sine delectu largiatur, nō benignus ille, sed prodigus et profusus (quod uitio
uerti solet) iure optimo censeri possit. Nam quis meritō reprehendat eū patrem qui suipsius
filij ruditatem crassumq; ingeniū non ignorans his rebus in officio continere illū studet, quibus
etsi non generose patre dignis; mouecaptur tanta tamen filij ineptitudo et tarditas! Sic nucib⁹
pomis, puppis et id genus ineptiolis adblandiuntur et se attemperat infantib⁹ matres, quod
maiora nequeūt ij intelligere. At quid Hebręis ineptius, quid stupidius, aut si (ita dicere licet)
infantius! Quin eo ingenio erant, ut perinde ac pernicaces serui nō nisi fustib⁹ ad officium
adduci (si tū adducebantur) possent. quib⁹ quidē si aliud quam terrā bona de⁹ promisisset
ad egregiū aliquid et laude dignū nunq; cōmoti essent. Ac eor⁹ indomitā duriciem passim
quidem ueteris instrumēti trę produnt, ne unū atq; alter⁹ locū asserre labore. Sed ex nouo
testamēto tantū locū illum ascribi placet, quem Diuus ille et martyrū primas Stps
in ipsos effatus est. Nam cū preclarissimā illam suā quā instituerat, prosequeretur orationem
beatus ille, illi uero ubi tam multa contra se perorari cernerent, impatientiss⁹ obturbaret
penē substomachans Sanctiss⁹ uir, in hęc delapsus est uerba. ō duricernices, et incircūcisis
cordibus et aurib⁹! uos semper S.S. resistitis: uides ergo q obsistebat, quominus preclara
et eximia ipsos manerent bona? Datur n. illis deus erat, nō tantū pollicitur, quę alioqui
suam effusissimam liberalitatē par fuisset prestari. Sed eor⁹ carnea mens et intractabile
adeo ingeniū et prefractum in erat in causa, ut eiusdemmodi bona sperare nō possent.
Non absurde proinde cum ab his manū continuisset deus; quib⁹ illi promoueretur ultro
obtulit, seq; ipsorū ruditati inclinans, quę crassis conueniret, crassa (q dr) daturus
recepit. Atqui istęc quidem satis ut arbitror uideri dicta possent. Verū gn in tui
uinceli gratiam ineptus esse incępi ineptire tibi pergā, et q prorsus in hac tota

controuersia mihi uidem uideor sic referam. primum itaq; fatendum arbitror promissiones illas de eius iam dictę terrę possessione, sic (ut dixi) generatim quidem toti futurę populo fuisse factas à deo tamsi ex eis quispiam naturę bonitate, atq; adeo diuini spiritus instinctu percitus ad maiora se natum intelligebat, haec specialim crediderim diuinam prorsus sese munificentiam aperuisse, et modo quo sibi uidebatur, spiritalem ac sempiternam ei hereditatem demonstrasse: cuius quidem hereditatis beatiss[e] nunciatore omnib' in temporis plenitudine manifestissimum, et eundem uerum primum et condum missurus erat supremus ille parens deus unigenitum filium suum. Etenim, grauissimis atq; sanctissimis uiris perlibenter acquiesco, qui affirmant: semp et ubiq; deum ueritatis suę lumen generosis et bonis mentib' (q eius est grę) occurrere, et illis ostendere lumen ueritatis suę: eumq; esse qui in benefaciendo finem sibi nullum prestituerit ac modum. Huiusmodi erant patriarchę illi Abraam Isaac, prophetęq; multi; necnon si qui preterea sancti et iusti uiri uulgo reperiebantur in eo populo, ut taceam Enoch, Melchisedech, Iob. et alios qui esse extra mosen deo cum potuere. qui omnes (ut apostoli uerbis utar) iuxta fidem defuncti sunt non acceptis promissionib' sed illas eminus contemplati, amplexatiq; et certo persuasi q ueras illas et felices per IE.CH. conseguuturi essent: hęc ut hunc locum tandem absoluam, carnalib' illis, carnalia et sensibus exposita, quod sublimiora non intelligerent, promissa quidem fuisse censuerim. At ueri qui spuales et digni habiti quos diuina gra illustraret; his per eadem inuisibilia spualia bona illa delineata fuisse, que nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis (tanta eorum est magnitudo et prestantia) apprehendit unq; nisi aliud quis me melius doceat, affirmauero. Cuius sane usqueadeo admirandę et felicis hereditatis uti per transennam ostensę accensi amor quos comemoraui; spreta palestina, syriaq; et quicquid deinceps terrenę orę promittebatur ad eas nobiscum communes christianę beatitatis hereditarias opes toto desiderii impetu concurrebat. Hinc illę tum prophetarum uoces presertimq; dauidicę tam multę passim deplorationes quib', non minus atq; nos ad illam uiuentium terram aspirabant continue. A quibus colligendis, cum tibi notiss[a] sint, simulq; ut hac de re dicendi finem faciam, hic supersedebo. Deq; adeo rogatum uelim, ut Hilarionis animum, no loquacitate et male consuta et barbara uerba, uelis, expendere. A balbo, qd nisi balba? Quod potui sane feci, meliora utiq; prestitur, si pares aures adessent. Sed quid facias? Amoris n. affectus qui te ad pulcherrima ceteraq; illa semper ad me impulit, idem etiam mei conuicio, ad maiora uiribus meis aggrediendo perinde tuo rogatu constrinxit. ceterum quod tam amanter admones, tametsi per me facere in animum induxi tuo nomine tamen prestare accuratius studebo, modo etiam hoc idem ut mihi absenti frater suauissime impetratum uelim, ~~dum ut faciam etiam atq; etiam rogo~~. Quod cum multo equius mihi faciendum sit, magnopere à te contendo, petoq; quanta maxima ui possum, ut tuis colloquijs, et quare cunq; tibi opportunum uidebitur, Hilarioni tuo ex usu esse no grauere. Quod si facies deo cum primis gratissimum, tum fratri utilissimum facies. Bene uale Animę dimidium meę

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE